


Trauergedicht anlässlich des vorzeitigen Todes des vortrefflichsten jungen Mannes, des Herrn
Georg Philipp Rennenkampff aus Straßburg



Trauergedicht anlässlich des vorzeitigen Todes des vortrefflichsten jungen Mannes, des Herrn
Georg Philipp Rennenkampf aus Straßburg

IN DN. GEORG. PHIL. RENNEN-
KAMPFII.



*Am tibi decursus succincti terminus ævi:
Et tamen è cursu clara tropæa refers.
Jam tibi perpetua, depõsta corona salutis,
Quam tibi, quam genti reddet JOVA pia.
Felix, ad palma qui sic percurrit honores,
Strenuus & sacra dimicat ense pugil!
M. Calparus Brûlovius, P. L. Poët. Professor
& Gymnasiarcha.*

II.

*Quàm benè certasti! cum starent corpore vires:
Virtus in studiis unica meta fuit.
Hinc Tibi junxisti præstantum corda virorum,
Nostri collegi quis sacra cura sedet.
Quàm benè certasti! constanti corde tulisti
CHRISTUM: hinc es nactus magna brabæa polo.
Qui sic certabit, post prælia præmia tollet,
Applausum in terris; & super astra DECUS.
M. JOH. GÜTHERÆUS, P. L. G.
III.*

*Terricolam esse pudet, cum desinis esse, GEORGUM:
Illo tu coleris, quod colit iste, solo.
Ad eundem ut Philippum.
Dum proponis iter, (quàm mirat astropha!) ad aethra
Angelicis veheris, flende PHILIPPE, ab equis.
Ad eundem ut Rennenkampf.
Eja Athleta bonus stadium decurrere vitæ;
Olympus en, tibi campus est olympicus.
Ad eundem ut Amplissimi Advoca-
cati filium.
Advocat ecce Deus Pater ad sua regna Philippum:
Non esse cessat Advocati Filius.*

A 2

Trauergedicht anlässlich des vorzeitigen Todes des vortrefflichsten jungen Mannes, des Herrn
Georg Philipp Rennekampff aus Straßburg

*Mensibus & reliquis jamjam subducere lumen
Tentavit: Melior tu sed APRILIS eras:
Dum Phæbo: mitesce Pater: reddetur hic idem,
Et vivet, Magnus quando APERILIS erit.*

F. Theophilus Sutor Aug.

VI.

O *Cubat in viridi raptus RENNKAMPFIUS ævo,
Cui nemo mentum vestis inumbrat honos.
Quales vernili redolentes tempore flores
Procreat una dies, & rapit una dies.
Qualia melliflui gemmantia pocula roris
Sol libat medius fervidiore comâ.
Omnia parca rapit, nascentiq; addita fata;
Præsentemq; notat qualibet hora necem.
Quæ Superis homines junxit, cæloque locavit,
Ardentes virtus effugit una rogos.
Credidit hoc etiam Noster cum viveret ille,
Dum merus ætherias sollicitaret opes.
Per si quid magnum & sublime est mentibus altis,
Impiger escendit non remorante gradu.
Musei Pater ipse chori, testisq; patrima
Pallas, Pierides, testis & ipsa Themis.
Defuncto invidit Lachesis Parnæsica tempe,
Et lavâ secuit stamina cruda manu.
Non tamen omnis obitu repetit pars illius æthram
Maxima, nectareo conficienda mero.
Contegat absentem levis & sine pondere terra,
Et flet ad orci vram mollior aura domum.
Spargantur crocei pulcherrima munera veris.
Et circum cineres spiret aroma pios.*

hoc qualecunque officium pietatis
exhibet suo
Christophorus Colerus Silesius.

A 3

Trauergedicht anlässlich des vorzeitigen Todes des vortrefflichsten jungen Mannes, des Herrn
Georg Philipp Rennekampff aus Straßburg

vel
Fit advocatus ADVOCATI *Filius.*
Adeundem è Collegio Prædicatorum
abeuntem.
Ecollegio abijt sperans collegia Cæli:
Pro sociis, sociis additus Angelicis.
VOTUM.
Spiritus hoc olim denatos induat artus,
Quos nunc illustri credidit Argyropæ.

F.
Joh. Conradus Dannhavver M.P.L.
Cor.Theol.Stud.

IV.

Florebas pulchrè! florebas flore caduco?
At non florebat clara Minerva malè.
Occidit! Heu Pallas! cur palles tempore verno?
Occidis ante dies chære Philippe tuos.
Occidis ante dies cur non hoc tempore flores?
Infelix! felix. Prosperiora sciens
Spicula terribilis corrumpunt grandia mortis
Mortales etiam, qui pia corda trahunt.
Casus humanos homines perpendite cunctos
Fletus non Lusius, Ludite flete pii.

M. Ioh. Nerlichius Pfortzensis,
SS. Theologiæ Stud.

V.

Phæbus ut hæc vidit tristissima funera, mæstus
Dixerat: Occubuit siccine noster amor?
Compulit atque dolens cunctis cum Mensibus Annum;
Hujus ut Autorem posset habere necis.
Fortè aberat Mensis, cui Martia castra dederunt
Nomen, & hic luctus conscius Autor erat.
Nec Phæbum id latuit. Frendens currum ergò reliquit,
Defunctum ingeminans ceu Phæthonta suum.
Mensibus

Trauergedicht anlässlich des vorzeitigen Todes des vortrefflichsten jungen Mannes, des Herrn
Georg Philipp Rennekampff aus Straßburg

VII.

Multos praeproperas scio proborum
Et mirari obitus & improbare,
Ac nequicquam animi vocare vires
Magnis consiliis Dei minores:
Perversum genus! Optimos ubiq;
Cum mors auferat optimisque natos.
Quorum tu quoque Schema RENNEKAMPFFI,
Depurata anima & soluta mole
Terrenâ, ad superos meas citato
Qui nunc curriculo, nec obstrepentes
Mundi delicias, salumq; vita,
In quo letitia & vicissim amaror
Pugnant, unius aestimas vel assis
Sed latus frueris quiete verâ,
Quam tecum citò qui potest apisci
Felix & superis amicus audit.

F

Robertus Königsmann, Argentinenfis.

VIII.

SImors se vera parceret pio, haut unquam
Hic dedicatus flebili sepulchro esset,
Sed vita mancipium huic fuisset aeternum
Sed mors supremam machinatur illi horam,
Quem vivere scit esse maximè dignum

Suo amico scripsit

Johannes Scholtetus Silesius.

IX.

Rebus in humanis stabili nil lege perennat,
Volvit & ambiguas fors sine fine vices,
Omnia sunt misera in terris vana atque caduca:
Omnibus & lethi porta terenda venit.

Non

Trauergedicht anlässlich des vorzeitigen Todes des vortrefflichsten jungen Mannes, des Herrn
Georg Philipp Rennekampff aus Straßburg

*Non aurum, aut virtus, non stemmata magna vel artes,
Eripere ex lethi conditione valent,
Id patet hinc, quod RENKAMPFFIM fata abripuere,
Quem virtus clarum reddidit eximia:
Qui probitate fuit rara donatus & alma,
Qui summa coluit cum pietate Deum.
Jam Christus tulit hinc Animam, cæloque recepit,
Angelicos inter iussit & esse choros.
Æternam cepit, Paulo testante, coronam:
Et fruitur sancti numinis intuitu.
Jam lachryma sistant, ast tu nunc addite cælo,
Perpetuum salvé, perpetuumq; Vale!*

F.

Johannes Martinus Blæsius
Brattâ-Palatinus.

X.

*Defunctus Dominus cognatus de se ipso.
Licta dedit Nomen, luctans quoque vinco, laboris
Christus in æthereis dat mihi dona locis.*

F.

Ulricus Marbach Argent.

XI.

*Ergo etiam duris multisq; exercite morbis,
Ad superas properas Juvenis charissime sedes:
Scilicet exhausto capias ut digna labore
Præmia, quæ in terris poterat tibi tradere nullus.*

Cognato dilectissimo testandæ
condolentiæ.

E. app.

Joh. Georgius Marbach.

FINIS.

Trauergedicht anlässlich des vorzeitigen Todes des vortrefflichsten jungen Mannes, des Herrn
Georg Philipp Rennenkampff aus Straßburg

Der Titeltext der vierseitigen Trauerrede lautet im Original:

**„Epicedion, In praematurum obitum, Ornatißimi ... Viri-juvenis, Dn. Georgii Philippi
Rennenkampff, Argentinensis: Clarißimi ... Dn. Pavli Rennenkampff, J. U. D. Et
Advocati Reip. VVormatiensis Celeberrimi: Filii Dilectissimi : Qui ... exspiravit 10.
Martii, Anno Aetatis suae XX. Christiani M.DC.XXV.
Kaspar Brülow. - Argentorati : Rihel, [1625]“**

Trauergedicht anlässlich des vorzeitigen Todes des vortrefflichsten jungen Mannes, des
Herrn Georg Philipp Rennenkampff aus Straßburg, geliebter Sohn des angesehensten Herrn
Paul Rennenkampff, vielgerühmter Doktor beider Rechte und Advokat der Stadt Worms, der
sein Leben aushauchte am 10. März im 20. Jahr seines Lebens, im 1625. Jahr der
christlichen (Zeitrechnung). - Kaspar Brülow ist der Autor des Trauergedichts, gedruckt
wurde es 1625 in der (übrigens sehr bekannten) Druckerei Rihel.

So, da hätten wir es also schwarz auf weiß, Paulus und Catharina geb. Marbach hatten neben
Maria Elisabeth, Margareta Sibille, Catharina Sophie und Paul Martin, einen Sohn namens
Georg Philipp, geboren in Straßburg, gest. in Straßburg 10.03.1625. Der jeweilige Vorname
deutet auf Pauls Vater und Schwiegervater hin, nicht sehr einfallsreich aber sicher
diplomatisch.

Der frühe Geburtstermin (1606) bestätigt nochmals meinen oft geäußerten Hinweis, dass die
ersten drei Kinder Jürgens II. aus der ersten Ehe stammen!